¶ Capitulũ vicesimũsextũ de difficultatibꝫ vite religiose et de laboribus et aculeis religiosorũ in genere.

Religiosã atqꝫ monasticã vitaꝫ laudabilem atqꝫ pfectã. et deo acceptaꝫ esse nemo est qui ambigat. Verum alia aliis congruũt. et diuersi ad diuersa aptioēs sunt. Denīqꝫ aliud est religiosũ esse. aliud religiose viuere. multi noīe religiosi sũt. pauci re. plurimi religiose viuere ceperũt: quã superstitiosa vita finierunt et ut quidaꝫ ait sapiēs dulce negotiũ. iocundũ nomē religionis est. sed ꝑgressus difficilis. veluti ĩ quo vite statu hoī libertas. volũtas ac voluptas. et affluētia adimit. ꝛ ut breuibus dicã ipã qꝫ que natura cõcedit: sancta religio prohibet. Fateor in monasteriis deꝰ ipse noscit. ibi dei notitia. amor et cultus habētur. ea tamen in ceteris vite statibus impleri possunt. et vtinam tam digne: tam recte implerentur ab hoībus q̃ꝑ sciũtur. Scit em̃ vnusquisqꝫ quõ placere deo possit. id qꝫ si agat: vere religiosus est. se enim deo ille religat: qui in pietate et humilitate deũ colit. et insolentias stirpat. Fateor ea cõmodius in monasteriis fieri: si facultas corporis aīmi qꝫ vires suppetũt. deniqꝫ quietē aī in religiõe


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG